



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Dolus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

Docere, Doctor.

Docturus etiam Grammaticam. debet prius facere fidem professionem, juxta Bullam Pii V. idemque promovendus ad gradum aliquem, aut Rectoris, aut Cancellarii officium. De Doctorum peccatis vid. *Navar. cap. 25. n. 55.*

Docturus scripturam Regularis extra claustrum, prius est per ordinarium approbandus. Ex *Cone. Trid. session. 5. c. I. de reform.*

Dolus, Vid. etiam Culpa.

Dolus est cum voluntate nocendi sc. machinatio fallax. De dolo, culpa juridica, casu fortuito, vid. *Mol. d. 29;* De dolo in emptione & venditione vid. *cumd. d. 352.* *Sylvest. ver. culpa.*

Lata culpa in conscientia non habetur pro dolo. *Syl. l. i.*

Dolo procurans delictum, non potest tenere provenientia sibi ex illo per aliquid statutum.

Domicilium.

Domicilium alicujus est, ubi familia ejus, vel habitatio, cum intentione manendi. Clerici autem, ubi residentia, quod si in duobus beneficiis æqualiter residet, utrobique habet domicilium. v. *Syl. dominium.*

Qui æqualiter, aut ferè æqualiter in duobus locis habitat, in utroque habet domicilium.

Scholastici, et si non habent domicilium in loco studii; tamen possunt ab illo Episcopo absolvi, & dispensari ut subdit, non autem ordinari.

Dominium, Dominus. vid. etiam Princeps, Servus.

Dominus tenetur de damnis, quæ cum posset, non impedit in suo dominio.

De dominio Val. l. 3 disp. 5 q. 10. p. 1. Sot. l. 4. de just. Salomon fuscus q. 71. art. 2. *Syl. dominium. 8.*

Non tenetur dominus famulum ob peccatum domo ejicere, nisi forte id necessarium sit ad peccatum illud vitandum, vid. *Nav. c. 14. n. 21.*

Q

Potest